

commodum erit recensere, quâ ratione ab Interpretibus verti soleat. Onkelos plerumque vocem eandem retinet, pro quo Jonathan magis Chaldaizans פָּרַף posuit. Verum Interpretes Alexandrini variis utuntur vocabulis, quibus varium ejus usum magis in apurum ponunt. Sic quando adspersionum ad altare factarum mentio fit, adhibent voces ἐκχέειν 2. Reg. XVI: 15. προσεκχέειν Exod XXIX: 16. περιχέειν 2. Cron. XXIX: 22. plerumque tamen προσχέειν Levit. I: 5. &c. quæ voces omnes largiorem effusionem sanguinis præsupponunt. Contra quando פָּרַף de conspersione hominum adhibetur, iidem verbum κατασκαδάζειν Exod. XXIV: 8. & περιρραπτίζειν Num. XIX: 13. 20. usurpant, quorum prius sparsionem longe lateque diffusam, posterius autem lustrationem circum circa factam designat.

§. 6.

Verbum
הוה

Alterum verbum est הוה Hiphil à radice הוה, quæ vox de solis liquidis usurpatur, & quidem in Kal ipsis fluentis tribuitur, ita ut quasi formam reciproci induat. Ita occurrit Levit. VI. 20. אֲשֶׁר יוּה מִדָּמָה עַל הַבְּגָד תִּכַּבֵּשׂ *Si de sanguine ejus (aliquid) se sparserit super vestem, lavator* Conf. 2. Reg. IX: 33. Jes. LXIII: 3. Verum quando de ritibus sacris hæc vox adhibetur, semper in conjugatione tertia, quam *Hiphil* appellare solemus, occurrit, tumque involvit causam illam moventem rationalem, quæ facit ut fluidum aliquod ad objectum conspergendum sese promoveat: Unde si vim istius conjugationis exprimere velimus, adhibita paraphrasi vertenda esset per *facere ut se spargat* fluentum. Eo sensu occurrit, tum quando de septuplici adspersione, sive in Sancto Sanctorum, sive in Sancto, coram velo & super altare, sive denique versus regionem templi usitata sermo est. Vid. Levit. IV: 6, 17. XIV: 16, 27. XVI. Num. XIX: 4. tum quando altare erat dedicandum Levit. VIII: 11. tum quando, quæ immunditiam contraxerant, lustranda erant Levit. XIV. Num. XIX. Targumistæ iterum per הוה & ארי vertunt, τῶ ἰ more Chaldæorum in 7 verso. Alexandrini autem vocem ῥαίνειν Exod. XXIX. 21. cum compositis περιρραπτίζειν Levit. XIV: 7, &c. προσρραπτίζειν Levit. IV: 6, &c. usurpant,